



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Decima sexta lunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

Junij 16.

N A T A L E S

Decima sexta Junij.

1º. *De reliquijs S. Cyrici mart.  
Amandiaci.*

*Ex historia translationis manu-scripta Amandiaci.*

**A** pud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum Cyrici & Iulittæ matris eius, qui post dira verbera, & grauia tormenta, martyrij sui cursum capitis obtruncatione compleuerunt. Sanctus autem Cyricus parvus fuit puer, sed magnus martyr. Cuius corpus Hucbaldus, Milonis discipulus, ex donatione episcopi Niuernensis, Elnonem attulit, ad sancti Amandi oratorium, anno nonagesimo trigesimo. In ipsa autem allatione clinicus monachus, cui paralysis membra dissoluerat, restitutus est, fratresque conuocauit ut obniarent Hucaldo cum crucibus & cercis afferenti corpus sancti Cyrici, ipseque processioni interfuit cum magno cernentium stupore. Huc spectant etiam antiqua carmina:

*In Chroni.  
Elnonensi.*

*Hucbaldus, famam cuius per climata mundi  
Edita sanctorum modulamina, gestaq; clamant,  
Huic Cyrici membra pretiosa reperta Niuernis,  
Nostris inuexit oris, scripsit q; triumphum.*

2º. *De sancta Lutgarde virginе Aquiriae.*  
*Ex Thoma Cantipratensi, & litteris Margaretae de  
Marbais abbatissæ.*

**I**n Brabantia obitus beatæ Lutgardis virginis. Quæ abbatissa præfuit monasterio quod Aquiria dicitur, Gallicè aywiers, ordinis Cisteriensis, duobus milliabus

ribus à Viridis vallis monasterio. Vbi quantum claruerit virtutum splendore, prophetiae spiritu, & miraculorum donis, cognosci potest ex tribus libris qui de eius vita exstant, authore Thoma de Cantiprato Dominicanou Louaniensi, qui virginis familiarissimus fuit. Obiit ipsa anno millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. Non est tamen iuxta meritorum suorum, ut creditur, exigentiam, Sanctorum catalogo à Romana sede inscripta, aut ex loco sepulturæ ad decentiorem levata.

*Essent 10-  
mo 3. Surg  
ad hunc die.*

a Habet eam hoc die Rom. martyrologium à Baronio editum.

### Decima septima Junij.

#### I<sup>o</sup>. De beati Fulconis, archiepiscopi Rhemorum martyrio.

*Ex chronicis Bertinensium, capitibus 18. 19. 20. 21.*

**A**nno nonagesimo, cædes beati Fulconi martyris, archiepiscopi Rhemorum. Qui cum esset Canonicus ad diuum Audomarum, electus est in decimum octauum abbatem Bertinensis monasterij, quod bis à Nordmannis incensum erat, ideoque villam fortalitijs, aggeribus, & murorum ambitu firmare coepit: sed opus relictum est imperfectum, quando mortuo Hincmato sublimatus est in Archiepiscopam Rhemorum. Cui tunc successit decimus nonus abbas ex senioribus monasterij, Rodulphus, modicè literatus. Qui ab Elnonensibus Hucbaldum impetravit, ut ab eo instrueretur. Mortuus est autem Atrebatii anno regiminis octavo. Post quem reas sumptus est in vigesimum abbatem beatus Fulco, eo quod Balduinus Flandriæ Comes hanc abbatiam per Caroli simplicis donationem occupare conabatur. Qua etiam de causa viri Dei Atrebatensis sancti Vedasti monasterium in beneficium, ut Sigebertus loquitur, seu potius in protectiōnem suscepit. Balduinus autem post octo ferè annos Compendium misit militem suum Vuinemarum, ut à beato Fulcone & Carolo vitramque abbatiam obtineret, sed vice Dei eo electi non potuit, ut locus religiosus sub laica redigetur.

*Sigebertus*

*anno 900.*

*Miles pro*

*nobile equi*

*sc.*

*getetur*